

III. IDEM LEO. [fortè c. an. 850. Roma.] Declarat quod sit officium Archiepiscopi Civitatis.

Officium Archiepiscopi de Urbe constat, quando ibi Presul defuerit, vice eius officium inchoare; benedictiones Presbyterales in Ecclesia dare; Missam quando voluerit cantare, vel cui de Sacerdotibus iusserit. Quando vero Episcopus Missam canit, debet præcipere Sacerdotibus ut induant se vestibus sacris, & qualiter ad Missam procedant. Debet enim præcipere Custodi Ecclesie, ut in sacro Eucharistia Christi propter Infirmos non desit; debet Infirmis providere & providendo præcipere Sacerdotibus, ne forte sine confessione, vel confirmatione Corporis & Sanguinis Domini nostri Jesu Christi moriantur; confessiones Peccatorum eorum, qui à foris veniunt, recipere cum omnibus Sacerdotibus, & exinde per provisionem Pontificis magnam debet illis adhibere curam. Ad Christianos quoque faciendos, & baptizandos iustos, & ad furendum, omnia à Sacerdotibus per provisionem illius fiant.

IV. IDEM ex Synodo Ravennæ habita. [imò Ticinensi, an. 850. in Istria.] Archiepiscopus Rerialis, Presbyterorum & Laicorum Plebanis sue curam gerit: contra decretum tamen Episcopi nihil ordinare potest.

UT singule plebes Archiepiscopus habeant. Propter assiduum erga populum Dei curam, singulis plebibus Archiepiscopus esse volumus, qui non solum imperiti vulgi sollicitudinem gerant, verum etiam Presbyterorum, qui per minores Titulos habitant, vitam jugi circumspectione custodiant; & quæ uniusquisque indultur Divinum opus exerceat. Episcopo suo renuncient. §. 1. Nec contendat Episcopus non egere plebem Archiepiscopo, quali ipse eam gubernare valeat; quia etsi valde idoneus sit, decet tamen ut sua onera patiatur: & sicut ipse matri Ecclesie præfuit, ita Archiepiscopi præsentibus plebibus, ut in nullo tulerit Ecclesiasticam sollicitudinem; cuncta tamen referant ad Episcopum, nec aliquid contra eius decretum ordinare præsumant. §. 2. PITH. Ex Synodo Ravennæ habita. Ex Concilio Triburienfi.

DE OFFICIO PRIMICERII

TITULUS XXV.

I. IDEM ex Libro Romani Ordinis. [fortè c. an. 600. Roma.] Pontifex, que spectant ad officium Primicerii. Ant. de But.

UT Primicerius sciat se esse sub Archidiacono sicut & Archiepiscopus; & ad eius curam specialiter pertinere, ut præsit in docendo Diaconis, vel reliquis gradibus Ecclesiasticis in ordine positus: ut ipse discipline & custodiam Ecclesie in ordine positus; ut ipse Diaconibus donec Lectiones, quæ ad Nocturna officia Clericorum pertinent: & de singulis studium habeat, ut in quacumque re capacem sensum habuerit, absque ulla vacet negligentia, aut à quo ipse iusserit intrinquantur. §. 2. PITH. Ut Primicerius. Vid. can. perlethi, dist. 25. & cap. 1. inf. de præscrip.

DE OFFICIO SACRISTÆ

TITULUS XXVI.

I. EX CONCILIO TOLETANO. [fortè c. an. 633. in Hispania.] UT sciat se Sacrifera subjectum Archidiacono, & ad eius curam pertinere custodiam sacrorum valorum, vestimentorum Ecclesiasticorum, seu totius thesauri Ecclesiastici; neque, quæ ad luminaria pertinent, sive in cera, sive in oleo. §. 2. PITH. Sacrifera. Qui est aditus seu custos sacrorum, Idior. lib. 2. de Offic. Ecclesiast.

DE OFFICIO CUSTODIS

TITULUS XXVII.

I. EX LIBRO ROMANI ORDINIS. [fortè c. an. 600. Roma.] Pontifex, que spectant ad officium Custodis. Hoc dicit. UT sciat se Sacrifera subjectum Archidiacono, & ad eius curam pertinere custodiam sacrorum valorum, vestimentorum Ecclesiasticorum, seu totius thesauri Ecclesiastici; neque, quæ ad luminaria pertinent, sive in cera, sive in oleo. §. 2. PITH. Sacrifera. Qui est aditus seu custos sacrorum, Idior. lib. 2. de Offic. Ecclesiast.

Ecclesie indefinenter custodiat: lampades & lateras in accendendo, seu extinguendo pervigil existat; ne aut supra modum lucendo oleum deperat, aut minus lucendo obscurior sit Ecclesia: sed omnia cum discretione agantur; quæ noscitur omnium virtutum esse mater. §. 1. Si vero is minus idoneus ad hoc peragendum extiterit, ab Archidiacono coarceatur ut se emendet. Si autem indomitus permanferit, Archidiaconus Episcopo denunciando provideat ut indecente eiectione, aptus domui Dei constituatur minister, ut omnia in laudem Dei fiant.

II. EX CONCILIO TOLETANO. [fortè c. an. 633. in Hispania.] Ad idem.

CUSTOS sollicitus debet esse de omni ornamento Ecclesie, & luminariis, sive incenso: nec non panem & vinum omni tempore preparatum ad Missam habere debet, & per singulas Horas Canonice signum ex consensu Archidiaconi sonare: & omnes oblationes sine elemosynas, seu decimas (cum ejusdem consensu absente Episcopo) inter Fratres dividat. §. 2. In his tribus Ecclesie columnis (ut sancta sanxit Synodus) consistere debet alma mater Ecclesia: ut ad hoc opus tales ordinentur, quales meliores & sanctiores esse viderint: ut nulla negligentia in sancta Dei Ecclesia videatur: hi tres, Archidiaconus, Archiepiscopus, Custos simul juncti, uno animo provide præcipiant & perfectè, & non sit invidia, neque zelus inter illos.

DE OFFICIO VICARII

TITULUS XXVIII.

I. ALEXANDER III. Episcopo Norvicen. & G. Archidiaconus. [c. an. 1165. Romæ in Angliam.] Vicarius si Beneficium curatum postea sit adeptus, Vicaria præstabitur.

AD audientiam nostram pervenit quod G. Presbyter Monachos de Rameleia petendo Vicariam Ecclesie de Burnel, c. à qua viginti annis retrocessit, in diversis postea Ecclesiis peronatum adeptus, fatigare præsumit. Quia igitur non est Canonice, ut qui curam animarum in diversis habet Ecclesiis, Vicarius in alienis existat; mandamus quatenus (si ita est) prædictum Presbyterum à petitione supradictæ Vicarie desistere compellatis. §. 2. PITH. G. 2. V. Cod. Voalt. Rameleia. Camden. 94. Ramelei, quod fundatum est à Comite Ethelwino ann. 968. Matth. Paris 602. Weltmonast. lib. 5. de Vit. & Process. S. Thoma cap. 1. Vicariam. Vicarie in Regno potissimum Angliæ, Matth. Paris 602. Personatum. 1. quæst. 3. can. quæstum, cap. 4. sup. de jil. Presby.

II. IDEM Elien. Episcopo. [c. an. 1170. Romæ in Angliam.] Phres Vicarias qui habere non potest.

PROVIDEAS attentius, ne in Episcopatu tuo patiaris aliquid Vicarias habere plures: Quia cum Vicarii te neantur personis & Ecclesiis deservire; alienum est ab ordine Juris, ut Vicarium qui habeat præter unam. §. 2. PITH. Vicarias. can. 8. Synod. Oxon.

III. IDEM Vintonien. Episcopo. [c. an. 1175. Romæ in Angliam.] Perpetuus Vicarius per Episcopum institutus, per Redorem renovari vel portione sua frandari non potest.

AD hæc si persona alicuius Ecclesie, Vicario, quem in eadem Ecclesia instituit, de assensu & autoritate Diocesani Episcopi certam assignaverit portionem; is, qui persona illa defuncta in Personatum illius substituitur, non potest eundem ab Ecclesia remove, vel assignatum sibi minuere portionem: Nisi aliquid committat, propter quod per Judicem in Vicaria sit vel Beneficio condemnandus. §. 2. PITH. Londonens. Alexander Gilberto Londonensi. Ad hæc de tue Religionis & devotionis prudentia plenus confidentes, Ecclesia negotia Experimentis tue fidei committimus exigenda ea, & exequenda, &c. Incipit, à memoria.

IV. IDEM Norvicen. Episcopo. [c. an. 1178. Romæ in Angliam.] Vicarius non potest substituere Vicarium.

CLERICOS in Presbyteratu vel in aliis inferioribus Ordinibus constitutos, in Vicariis Ecclesiarum, quas adepti sunt, alios sibi substituere non permittas; cum id satis sit absolum & absurdum. §. 2. PITH. Norvicen. V. C. Mornic.

V. INNOCENTIUS III. Abbati Sancti Euge. & Plebano Sancti Petri. [c. an. 1206. Romæ in Heriviam.] Vicarius Papa in Urbe jurisdictionem habet, non extra Urbem.

Ua nobis: Et infra. Nos igitur Vicarii literas extimantes per streptionem obtentus: Quoniam jurisdictione comp. jud.

V. IDEM Archiepiscopo Senonen. [c. an. 1167. Romæ in Galliam.] Per simplicem commissionem cause, potest Delegatus citare, contumacem punire, & reliqua facere que spectant ad causam.

PRETEREA super hoc, quod nos consulere voluisti, utrum liceat Judici Delegato non Ordinario cogere contumacem ut veniat, aut damnare si non veniat: Hoc tibi autoritate presentium innotescat, quod postquam ei causa licet simpliciter delegatur, satis potest nostra autoritate Partes compellere, & etiam contumaces severitate Ecclesiastica coercere; etiam Literæ commissionis id non continent, aut Partes mandatum nostrum non habeant ut accedant. Quis ex eo, quod causa sibi committitur; super omnibus, que ad causam ipsam spectare noscuntur, plenariam recipit potestatem. §. 2. PITH. Recipit potestatem. l. 2. de jurisdic.

VI. IDEM Vintonien. Episcopo. [c. an. 1168. Romæ in Angliam.] Si causa pluribus etiam simpliciter est commissa, quilibet subdelegare potest. H. d. & quotidie allegatur.

QUAMVIS si mus [Et infra a.] Si vero duobus causa committitur, etiam si non apponatur, ut unus sine altero procedat in ea; nihilominus unus ex ipsis sine suo Coniudici, live alii vices suas potest committere in hac parte. Multiplicitate negotiorum impliciti, & gravibus diversisque sollicitudinibus occupati, nos tamen cogit præter commune debitum tua fraternæ charitatis, & dilectio, quæ personam tuam diligimus, tuis consulationibus respondere; ne videamur indiffusa relinquere, quæ nobis erodenda tua voluit Discretio præsentare. Innotescat autem Sollicitudini tuæ, quod Judex à nobis delegatus causam sibi commissam potest alii delegare, aut totam audientiam terminandam; aut etiam ut allegationes audiant, & rationes & attestaciones recipiant, & sententias sibi servent, vel ut horum aliquid tantummodo faciant juxta voluntatem & beneplacitum Delegantis: quamquam non possit eandem causam alii appellatione postposita delegare, etsi sibi sit, appellatione remota commissa.

VII. IDEM Norvicen. Episcopo. [c. an. 1168. Romæ in Angliam.] Delegatus Papa exequitur sententiam suam, quam exequi non potest aut non vult is, qui eam commiserat exequendam.

SIGNIFICAVI nobis [Et infra a.] Consultationi tuæ taliter respondemus, quod si Judex Ordinarius ad mandatum Judicis delegati à nobis, aut non vult aut non potest (aliis resistentibus) sententiam ab eo latam, effectui mancipare: Delegatus Judex eam autoritate nostra sibi commissam potest executioni mandare: & si qui sibi resisterint, eos sententia Ecclesiastica coercere. Per literas tuas, quod interdum à Judice Delegato frustra super aliqua causa vertitur sententia; cum Ordinarius Judex eam ad mandatum ipsius noluit executioni mandare, vel aliis resistentibus effectui mancipari non possit. Super hoc autem.

VIII. IDEM. [c. an. 1169. Romæ in Angliam.] Si Ordinarius scit eum non canonicè institutum, quem Delegatus Papa mandat in possessionem induci; non resistet violentè, sed precibus instabit ut differat, donec Papa consulatur.

SI quando Clerici coram Judice Delegato Prælatos Ecclesiarum super Ecclesiis, quas tenent, in causam traxerint, & coram eodem Judice transactionem vel alio modo Ecclesias obtinuerint, in quibus certum sit eos institutionem Canonice nullatenus habuisse, nec possessionem etiam corporalem; Ordinarius Judex non debet Judicis Delegati mandatum resistere violentè, sed apud ipsum instare, ut differat eos in possessionem mittere, donec nobis rei veritas innotescat.

IX. IDEM Brixien. Episcopo. [c. an. 1170. Romæ in Venetiam.] Post diffinitivam executioni mandatam, expirat Delegati jurisdictione.

IN literis b. s. [Et infra a.] Consultationi tuæ taliter respondemus, quod ex quo Judex Delegatus per se vel per alium, sententiam executioni mandavit, vel mandari præcepit; ejus autoritas & jurisdictione cessat: quia semel est officio suo functus. Quis tua nobis destinavit Fratrem, quæstiones quasdam inferuisti, super quibus solutionem tibi à nobis postulasti exhiberi; quarum siquidem una est, scilicet ut que ad quod tempus Judex Delegatus se possit interponere, ut stetur indicatæ rei vel transactioni. Super quo. §. 2. PITH. In literis. Pars cap. 5. de restitut. solut.

Et de Vicariis, quem Romanus Pontifex in Urbe reliquit, non extenditur extra illam, nisi ei specialiter sit concessum; præsertim cum ipse moratur in sua provincia speciali, videlicet inter Capuanam provinciam & Pisanam: Mandamus, quatenus quidquid occasione Literarum illarum actum est, in irritum revocetis.

VI. HONORIUS III. Vigor. Episcopo. [c. an. 1220. Romæ in Angliam.] Compelluntur Vicarii ordinarii, Ecclesie deservire per subtractionem proventuum & Vicariarum.

EX parte tua fuit propositum coram nobis, [Et infra a.] Mandamus, quatenus perpetuos Vicarios, ut in Ecclesiis, in quibus Vicarias obtinent, resideant, & se in Presbyteros (ut eorum cura exigit) faciant promoveri, per subtractionem proventuum vel ipsarum Vicariarum compellas. Quod quidam in Ecclesiis, in quibus perpetuos obtinent Vicarios, debitam resistentiam facere, ac in Presbyteros promoveri contemnant. Nolentes igitur ab usum hujusmodi, sicut nec debemus, æquanimiter sustinere, f. t.

DE OFFICIO ET POTESTATE JUDICIS DELEGATI.

TITULUS XXIX.

I. ALEXANDER III. London. Episcopo. [c. an. 1165. Romæ in Angliam.] Delegatus Papa potestatem habet non solum in Partes, sed etiam in alios, qui suam jurisdictionem impediunt.

QUIA quæsitum est quid faciendum sit de Potestate Vicariis, quæ cum præcipuum alicui iustitiam exhiberi, minus aut terribior consequentes silere compellunt, & sic mandatum nostrum eludunt: Sic tibi respondemus, quod licet agentes & contentientes pari pena (Scripturæ testimonio) puniantur; sic tamen eos, qui trahunt in causam, quam principales eorum fautores (si eos manifestè cognoverint iustitiam impedire) districtione Ecclesiastica poterit coercere. Londonens. V. C. Barbonens. Jurisdictionem impediunt. Paris 135. 136.

II. IDEM Bonon. Episcopo. [imò Eboracen. Archiepiscopo, c. an. 1166. Romæ in Angliam.] Cum diversa Literæ sub eadem data & forma contraria impetrantur, & præsentantur à diversis ad eodem Judicem; super sedetur utriusque, donec consulatur Papa.

ANÈ si à nobis super aliqua causa Literæ impetrantur, & alia postea (non facta mentione priorum Literarum) Literæ opponuntur; si Judicibus innotuerit, donec Romanum Pontificem consulatur, & suam exinde cognoscant plenius voluntatem, executioni supercedant utrarumque: Ne pro varietate Literarum causarum fines valeant impediri. Bonon. Eboracen.

III. IDEM Episcopo Londonen. [c. an. 1166. Romæ in Angliam.] Delegatus Papa impeditur subdelegare potest causam, que sine ipso commode terminari potest.

SI pro debilitate, vel pro qualibet alia gravi causa, vel necessitate tractandis causis, que tibi à Sede Apostolica committuntur, interesse non poteris; liberum tibi sit personis discretis & idoneis vices tuas committere: ita tamen, quod si res tanti est, te consulere debeant: Nisi forte causa ita gravis sint, quod sine presentia tua non possint commode terminari. Londonens. Alexander Gilberto Londonensi. Ad hæc de tue Religionis & devotionis prudentia plenus confidentes, Ecclesia negotia Experimentis tue fidei committimus exigenda ea, & exequenda, &c. Incipit, à memoria.

IV. IDEM V. Carnoten. Episcopo. [c. an. 1167. Romæ in Galliam.] Si causa committitur infra certum diem decidenda: nisi Partes prorogent, per lapsum diei expirat jurisdictione.

DE causis, que infra certum terminum decidende committuntur, hoc tamen volumus cognitionem tenere; quod nisi dies ab Apostolica Sede præfixus de communi consensu Partium prorogetur, eo transacto mandatum expirat. Ubi certa pena per Jus statuta non est, Delegatus inpositi arbitrarium. Hoc dicit. §. 1. Illis etiam, qui pro causis tibi commissis ad citationem tuam venire, aut tuo super his parere iudicio neglexerint; si tale fuerit negotium, quod certa exinde pena in Canonibus exprimitur; eandem inflixas; alioquin ipsos pro delicti qualitate & causæ secundum tuam arbitrium punire procures. Carnoten. V. C. Carnoten. V. C. Carnoten.